



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd gehennæ ignis corporeus esse credendus sit. lxxxix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAQ.

De apostatis spiritus quod incorporei credendi sunt.

Caput LXXXVIII.

*Ex dīcto Greg.* **D**ic queso te, apostatas spiritus à cœlesti gloria deiecli, corporeos an incorporeos esse suspicaris? Petr⁹. Quis sancte sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?

Quod gehennæ ignis corporeus esse credendus sit.

Caput LXXXIX.

*Ex dialo go Greg.* **G**ehennæ ignem esse corporeum an incorporeum fatigis? Petrus. Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo corpora certum est cruciari.

De hoc quod scribitur Deum nemo vidit vñquam, & qualiter illud intelligendum sit. Cap. XC.

*Grego. in suis morib⁹ lib⁹ dicit.* **D**eum nemo vidit vñquam. Rursumque cum testameti veteris patres intueor, multos horum teste ipsi sacra lectionis historia Deum vidisse cognosco. Vedit quippe Iacob dominum, & ait: Vidi dominum facie ad faciem, & sua facta est anima mea. Vedit Moses dominum: de quo scriptum est. Loquebatur dominus ad Mosen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Vedit Iob dominum qui dicit: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Vedit Esaias dominum qui ait: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Vedit Micheas dominum qui dicit: Vidi dominum sedentem super solium suum: & omnem exercitum cœli astantem ei à dextris, & à sinistris. Quid est ergo quod tot testamenti veteris patres Deum se vidisse testati sunt, & tamen de hac sapientia quæ Deus est dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viventium, & Ioannes ait, Deum nemo vidit vñquam: Nisi hoc quod patenter datur intelligi, quia quādiu hic mortaliter viuitur, videri per qualdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ sp̄ciam non potest: ut anima gratia spiritus afflata, per figuram quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius essentia non pertingat? Hinc est enim quod Iacob qui Deum se vidisse testatur: hic non nisi angelum vedit. Hinc est quod Moies qui cum Deo facie ad faciem loquitur, sicut loqui solet homo ad amicum suum, inter ipsa verba suæ locutionis dicit: Si inueni gratiam in cōspectu tuo, ostēde mihi temetipsum